

Volume II (2016)

İordanes, Catalaunum Savaşı

İordanes, Bellum Catalaunum

Çeviren: Tunç TÜREL



*Libri: Kitap Tanıtımı, Eleştiri ve Çeviri Dergisi'*nde bulunan içeriklerin tümü kullanıcılara açık, serbestçe/ücretsiz "açık erişimli" bir dergidir. Kullanıcılar, yayıncıdan ve yazar(lar)dan izin almaksızın, dergideki kitap tanıtımlarını, eleştirileri ve çevirileri tam metin olarak okuyabilir, indirebilir, dağıtabilir, çıktısını alabilir ve kaynak göstererek bağlantı verebilir.

Libri, uluslararası hakemli elektronik (online) bir dergi olup değerlendirme süreci biten kitap tanıtımları, eleştiriler ve çeviriler derginin web sitesinde (libridergi.org) yıl boyunca ilgili sayının içinde (Volume II: Ocak-Aralık 2016) yayımlanır. Aralık ayı sonunda ilgili yıla ait sayı tamamlanır.

Dergide yayımlanan eserlerin sorumluluğu yazarlarına aittir.

Atıf Düzeni İordanes, *Bellum Catalaunum*. Çev. T. Türel. *Libri* II (2016) 344-365.
DOI: 10.20480/lbr.2016019

Geliş Tarihi: 01.05.2016 | Kabul Tarihi: 15.06.2016
Elektronik Yayın Tarihi: 02.08.2016

Editörya Phaselis Research Project
www.libridergi.org

BELLUM CATALAUNUM

XXXV. **180** Is namque Attila patre genitus Mundzuco, cuius fuere germani Octar et Roas, qui ante Attilam regnum tenuisse narrantur, quamvis non omnino cunctorum quorum ipse. Post quorum obitum cum Bleda germano Hunnorum successit in regno, et, ut ante expeditionis, quam parabat, par foret, augmentum virium parricidio quaerit, tendens ad discrimen omnium nece suorum. **181** Sed librante iustitia detestabili remedio crescens deformes exitus suae crudelitatis invenit. Bleda enim fratre fraudibus interempto, qui magnae parti regnabat Hunnorum, universum sibi populum adunavit, aliarumque gentium, quas tunc in ditione tenebat, numerositate collecta, primas mundi gentes Romanos Vesegothasque subdere praeoptabat. **182** Cuius exercitus quingentorum milium esse numero ferebatur. Vir in concussione gentium natus in mundo, terrarum omnium metus, qui, nescio qua sorte, terrebat cuncta formidabili de se opinione vulgata. Erat namque superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos, ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret; bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantium exorabilis, propitius autem in fide semel susceptis; forma brevis, lato pectore, capite grandiore, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, semo nasu, teter colore, origenis suae signa restituens. **183** Qui quamvis huius esset naturae, ut semper magna confideret, addebat ei tamen confidentia gladius Martis inventus, sacer apud Scytharum reges semper habitus, quem Priscus historicus tali refert occasione detectum. Cum pastor, inquiring, quidam gregis unam bocalam conspiceret claudicantem nec causam tanti vulneris inveniret, sollicitus vestigia cruoris insequitur tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas incauta calcaverat, effossumque protinus ad Attilam defert.

CATALAUNUM SAVAŞI

Çeviren Tunç TÜREL*

XXXV. **180** Atilla Muncuk Han'ın¹ oğluydu. Babasının erkek kardeşleri Rua² ve Oktar'ın³ Atilla'dan önce hüküm sürdükleri anlatılır, ancak ikisi de onun kadar fazla halka hükmetmemiştir. Rua ve Oktar'ın ölümünden sonra, Attila kardeşi Bleda⁴ ile beraber Hun krallığının başına geçmiş ve hazırlanmakta olduğu bir seferden önce Bleda ile eşit konumda olmak için gücünü akraba katliyle artırmayı arzulamıştı. Akrabalarının dehşet verici ölümlerinin ardından diğer ulusların kabusu haline gelmişti. **181** Gücünü tiksindirici yollarla artırırken, adaletin dengeyi sağlamasıyla zalimliğinin utanç verici sonuçlarıyla yüz yüze gelmişti. Hunların büyük bir bölümüne hükmeden kardeşi Bleda'yı düzenlediği hilelerle öldürdükten sonra tüm halkı kendisine bağlamıştı. O sıra hakimiyeti altında tuttuğu diğer çok sayıda ulusu bir araya topladıktan sonra dünyanın en önde gelen ulusları olan Romalılara ve Vizigotlara boyun eğdirmeyi daha çok arzuluyordu. **182** Ordusunda beş yüz bin asker olduğu söyleniyordu⁵. O, dünyaya ulusları sarsmak için gelmiş, tüm yeryüzünde korku salan biriydi. Hangi kehanetle olduğunu bilmesem de, halk arasında dolaşan kendi hakkındaki dehşet verici dedikodularla tüm dünyayı korku içinde bırakmıştı. Yürüyüşü kibirliydi. Gözlerini oraya buraya çevirirkenki gururlu kişiliği vücudunun hareketlerine de yansımıştı. Savaşmaya aşık, ancak iş eyleme gelince ölçülüydü. Muhakemesi son derece güçlüydü. Ceza vermede kendisinden yardım bekleyenlere karşı merhametli, koruması altına aldıklarına karşı ise kibardı. Boyu kısa, göğsü geniş, başı nispeten büyük, gözleri küçüktü. İnce sakalı kırışmış, burnu düz, teniyse soyunun özelliklerini taşıyan bir şekilde esmerdi. **183** Her ne kadar bu yapıda olsa da doğasının gücüne her bakımdan hep güven duyması için bulmuş olduğu Mars'ın⁶ kılıcını da güvendiği şeyler arasına dahil etmişti; bu kılıcının İskit kralları nezdinde daima kutsal bir yeri vardı. Tarihçi Priscus kılıcın şans eseri bulunmasını şöyle anlatmaktadır: Bir çoban, sürüsündeki yavru bir ineğin topalladığını fark eder ve bu yaranın sebebini bulamayınca telaşlanıp, sonunda bir kılıca ulaşıncaya değin kan izlerini takip eder. Yavru inek otlarken farkında olmadan bir kılıcın üstüne basmıştır. Çoban kılıcı yerinden çıkarır ve hemen Attila'ya teslim eder.

* Öğr. Gör., Hacettepe Üniversitesi, Ankara. tunc.turel@hacettepe.edu.tr

Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimis, arbitratur se mundi totius principem constitutum et per Martis gladium potestatem sibi concessam esse bellorum.

XXXVI. **184** Huius ergo mentem ad vastationem orbis paratam comperiens Gyzericus, rex Vandalorum, quem paulo ante memoravimus, multis muneribus ad Vesegotharum bella precipitat, metuens, ne Theodoridus Vesegotharum rex filiae suae ulcisceretur iniuriam, quae Hunerico Gyzerici filio iuncta prius quidem tanto coniugio laetaretur, sed postea, ut erat ille et in sua pignora truculentus, ob suspicionem tantummodo veneni ab ea parati, naribus abscisam truncatamque auribus, spolians decore naturali, patri suo ad Gallias remiserat, ut turpe funus miseranda semper offerret et crudelitas, qua etiam moverentur externi, vindictam patris efficacius impetraret. **185** Attila igitur dudum bella concepta Gyzerici redemptione parturiens, legatos in Italia ad Valentinianum principem misit, serens Gothorum Romanorumque discordia, ut, quos proelio non poterat concutere, odiis internis elideret, asserens, se rei publicae eius amicitias in nullo violare, sed contra Theoderidum Vesegotharum regem sibi esse certamen. Vnde cum excipi libenter optaret, citera epistula usitatis salutationum blandimentis opplevertat, studens fidem adhibere mendacio. **186** Pari etiam modo ad regem Vesegotharum Theoderidum dirigit scripta, hortans, ut a Romanorum societate discederet recoleretque proelia, quae paulo ante contra eum fuerant concitata. Sub nimia feritate homo subtilis ante quam bella gereret arte pugnabat. **187** Tunc Valentinianus imperator ad Vesegothas eorumque regem Theoderidum in his verbis legationem direxit: *'Prudentiae vestrae est, fortissimorum gentium, adversus orbis conspirare tyrannum, qui optat mundi generale habere servitium, qui causas proelii non requirit, sed, quidquid commiserit, hoc putat esse legitimum, ambitum suum brachio metitur, superbiam licentia satiat; qui ius fasque contemnens, hostem se exhibet et naturae. Cunctorum etenim meretur hic odium, qui in commune omnium se adprobat inimicum.* **188** *Recordamini, quaeso, quod certe non potest oblivisci, ab Hunnis non per bella, ubi communis casus est, fusum, sed, quod graviter anget, insidiis appetitum.*

Bu hediyeye çok sevinen Attila gözüpek biri olması sebebiyle tüm dünyanın hükümdarlığının kendisine bahşedildiğini ve Mars'ın kılıcı aracılığıyla savaşlardaki tüm hakimiyetin kendisine verildiğine ikna olmuştur. XXXVI. **184** Kısa süre önce değindiğimiz⁷ Vandalların kralı Geisericus⁸, Attila'nın gözünü dünyanın yıkımına çevirdiğini öğrenince ona hediyeler yollayıp Vizigotlara saldırması için teşvik etmeye çalışmıştı. Geisericus'un korkusu, Vizigotların kralı Theodericus'un kızına verilen zarar sebebiyle intikam almak istemesinden kaynaklanıyordu. Kızı, Geisericus'un oğlu Hunericus⁹ ile evlenmiş, bu evlilik önce sevinçle karşılanmış, ancak daha sonra Hunericus karısının kendini zehirlemeye çalıştığı şüphesiyle kendi çocuklarına bile merhametsizce davranmaya başlamıştı. Karısının burnunu ve kulaklarını kesip onu doğal güzelliğinden mahrum ettikten sonra vatani Gallia'ya¹⁰ geri yollamıştı. Zavallı kız her zaman acınacak bir görüntüye sahip olmuş ve yabancıları bile duygulandıracak bu zalimlik babasını şüphesiz intikam almaya itmişti. **185** Attila, bir süre önce Geisericus'un verdiği rüşvetle üstlendiği savaşları hayata geçirirken, Italia'da bulunan imparator Valentinianus'a¹¹ elçiler yolladı. Savaşla korkutamadığı Gotları ve Romalıları içlerinde oluşan husumetlerle yıkmak için aralarına anlaşmazlık tohumları ekti. Mücadelesinin hiçbir şekilde Roma'ya olan dostluğunu bozmak için değil, ancak Vizigotların kralı Theodericus'a¹² karşı olduğunu iddia etti. Bir yandan [Romalıların kendine gösterdiği] güveni yalan söyleyerek artırmaya çabalarken, [Romalıların tarafından] nazıkçe kabul edilmeyi arzuladığından, mektubun kalan kısmını alışıl gelmiş pohpohlayıcı hitaplarla doldurdu. **186** Aynı tarzda bir mektubu da Vizigotların kralı Theodericus'a yolladı ve onu Romalılar ile olan müttefikliğini bozması ve kısa süre önce ona karşı yürütülen savaşlara kaldığı yerden¹³ devam etmesi için kışkırttı. Onun korkunç yabaniliğinin altında çarpışmaya girişmeden önce kurnazlığıyla savaşı yürüten zeki bir adam yatıyordu. **187** Daha sonra, imparator Valentinianus Vizigotlara ve onların kralı Theodericus'a şu sözleri ileten bir elçi heyeti yolladı: *"Ulusların en cesuru! Tüm dünyayı esaret altına almayı arzulayan ve savaşmak için adil bir sebebe ihtiyaç duymayan; ne yaparsa yapсын doğru olduğunu düşünen bu despota karşı birleşmek aklın yoludur. Tutkusunun kaynağı gücüdür ve kibri sınırsız yetkiyle beslenir. Haktan ve hukuktan yana değildir ve kendini Doğa'nın bir düşmanı olarak gösterir. Bu yüzden, kendini alenen herkesin düşmanı olarak gören kişi, herkesin nefretini hak etmektedir.* **188** *Unutmanın kesinlikle mümkün olmadığı bu şeyi, rica ediyorum, hatırlayın! Hunlar ulusları tüm taraflar için şansın eşit olduğu meydan şavaşı yoluyla yok etmez; endişe etmemiz için çok daha büyük bir sebep olan kurnazlıkla saldırırlar.*

Vt de nobis taceamus, potestis hanc inulti ferre superbiam? Armorum potentes favete propriis doloribus et communes iungite manus. Auxiliamini etiam rei publicae, cuius membrum tenetis. Quam sit autem nobis expetenda vel amplexanda societas, hostis interrogate consilia'. 189 His et similia legati Valentiniani regem permoverunt Theodoridum. Quibus ille respondit: *'Habetis, inquit, Romani, desiderium vestrum; fecistis Attilam et nobis hostem. Sequimur illum quocumque vocaverit, et quamvis infletur de diversis gentium victoriis, norunt tamen Gothi conflagere cum superbis, nullum bellum dixerim grave, nisi quod causa debilitat, quando nil triste pavet, cui maiestas adriserit'. 190* Adclamant responso comites duci, laetus sequitur vulgus. Fit omnibus ambitus pugnae, hostes iam Hunni desiderantur. Producitur itaque a rege Theodorido Vesegotharum innumerabilis multitudo; qui quattuor filios domi dimissos, id est Friderichum et Eurichum, Retemerim et Himnerith secum tantum Thorismud et Theodericum maiores natu participes laboris adsumit. Felix procinctum, auxilium tutum, suave collegium habere solacia illorum, quibus delectat ipsa etiam simul subire discrimina. **191** A parte vero Romanorum tanta patricii Aetii providentia fuit, cui tunc innitebatur res publica Hesperiae plagae, ut undique bellatoribus congregatis adversus ferocem et infinitam multitudinem non impar occurreret. Hi enim adfuerunt auxiliares: Franci, Sarmatae, Armorici, Liticiani, Burgundiones, Saxones, Ripari, Olibriones, quondam milites Romani, tunc vero iam in numero auxiliarium exquisiti, aliaeque nonnulli Celticae vel Germanie nationes. **192** Convenitur itaque in campos Catalaunicos, qui et Mauriaci nominantur, centum leuvas, ut Galli vocant, in longum tenentes et septuaginta in latum. Leuva autem Gallica una mille et quingentorum passuum quantitate metitur. Fit ergo area innumerabilium populorum pars illa terrarum. Conseruntur acies utraeque fortissimae; nihil subreptionibus agitur, sed aperto Marte certatur. **193** Quae potest digna causa tantorum motibus invenire? Aut quod odium in se cunctos animavit armari? Probatum est humanum genus regibus vivere, quando unius mentis insano impetu strages sit facta populorum et arbitrio superbi regis momento defecit quod tot saeculis natura progeniit.

Kendimiz için konuşmayı bir kenara bırakalım, peki ya siz böylesine bir kibirin cezasız kalmasına razı olabilir misiniz? Savaşlarda kudretlisiniz; kırınlıklarınızı bir kenara koyun ve [bizimle] ortak çıkar için güçlerinizi birleştirin. Bir parçasını elinizde tuttuğunuz¹⁴ imparatorluğa yardım edin. Eğer böylesine bir müttefikliğin bizim tarafımızdan nasıl arzulanacağını ve kucaklanacağını öğrenmek isterseniz, düşmanın planlarına bakın". **189** Bu ve benzeri sözlerle III. Valentinianus'un elçileri kral Theodericus'u ikna ettiler. Kral onlara şu cevabı verdi: "Romalılar! Dileğiniz gerçek oldu, Attila artık bizim de düşmanımızdır. Bizi nereye çağırırsa onu takip edeceğiz. Çeşitli uluslar üzerinde kazandığı zaferlerle şişmiş olsa da, Gotlar kibirli düşmanlarla savaşmaya alıştı¹⁵. Sebebi adil oldukça hiçbir savaş zahmetli değildir; çünkü Tanrı'nın¹⁶ gülümsediği kişi hiçbir kötülükten korkmaz". **190** Aristokratlar kralın cevabını alkışladılar ve bunu halkın sevinç dolu onayı takip etti. Hepsisi de düşmanları olan Hunlarla bir an önce savaşmak için sabırsızlanıyordu. Vizigotların kralı Theodericus saymakla bitmeyecek büyüklükte bir orduya önderlik ediyordu. Oğullarının dördünü –Frederic, Euric, Retimer ve Himnerith- krallığında bıraktı ve yanına bu uğraşında ortağı olmaları için sadece iki büyük oğlu, Thorismund ve II. Theodericus'u aldı. Talihliydi, savaşa hazır bir ordusu, güvendiği yardımlar, minnettarlık duyduğu bir ortaklığı, tehlikelere aynı anda atılmaktan zevk alanlarla olmanın getirdiği tesellisi vardı. **191** Romalıların tarafındaysa, Batı Roma İmparatorluğu'nun bel bağladığı *patricius*¹⁷ Aetius¹⁸ o kadar ileri görüşlüydü ki, düşmanın vahşiliğine ve sayısız kuvvetine eşit şartlarda karşı koyabilmek için her taraftan savaşçılar toplamıştı. Yardımcı kuvvetler şunlardan meydana gelmekteydi: Franklar, Sarmatlar, Armoricalılar, Liticanialılar, Burgundlar, Saksonlar ve Riparialılar, bir zamanlar Roma askerleri olan ancak sonra çok sayıda yardımcı kuvvet olarak kullanılan Olbrionalılar ve diğer pek çok Kelt ve Cermen kavimleri. **192** Bu ordu aynı zamanda Mauriacus Ovası olarak da adlandırılan ve Galyalıların *leuva* ismini verdiği ölçü birimine göre 100 *leuva* uzunluğu, 70 *leuva* genişliğindeki Katalan Ovası'nda¹⁹ toplandı. Bir *leuva* bizde 1500 adıma eşittir. Dünyanın bu bölgesi böylece sayısız halkların harman yeri haline dönüşmüştü. İki tarafın da en cesur savaş hatları birbiriyle buluşmuş, her şey hile olmadan, bir meydan savaşı olarak cereyan etmişti. **193** Böylesine manevralar için hangi haklı sebep bulunabilirdi? Ya da nasıl bir nefret onların birbirlerine karşı silahlarına sarılmalarına sebep olmuştu? İnsan ırkının kralları için yaşadığının ortaya konmuş olması kadar, tek bir akıldan çıkan çılgın bir dürtüyle halkların katledildiği ve kibirli bir kralın kararıyla doğanın yaratmak için asırlar harcadığı güzelliklerin bir anda yok edildiği apaçık ortadaydı.

XXXVII. **194** Sed antequam pugnae ipsius ordinem referamus, necessarium videtur edicere, quae in ipsis bellorum motibus acciderunt, quia sicut famosum proelium, ita multiplex atque perplexum. Sangibanus namque rex Alanorum metu futurorum perterritus Attilae se tradere pollicetur et Aurelianam civitatem Galliae, ubi tunc consistebat, in eius iura transducere. **195** Quod ubi Theodoridus et Aetius agnoverunt, magnis aggeribus eandem urbem ante adventum Attilae struunt, suspectumque custodiunt Sangibanum et inter suos auxiliares medium statuunt cum propria gente. Igitur Attila rex Hunnorum tali percussus eventu diffidens suis copiis metuit inire conflictum. Inter que fugam revolvens ipso funere tristiores, statuit per aruspices futura inquirere. **196** Qui more solito nunc pecorum fibras, nunc quasdam venas in abrasis ossibus intuentes Hunnis infausta denuntiant; hoc tamen quantum praedixere solacii, quod summus hostium ductor de parte adversa occumberet relictamque victoriam sua morte triumphum foedaret. Cumque Attila necem Aetii, quod eius motibus obviabat, vel cum sua perditione duceret expetendam, tali praesagio sollicitus, ut erat consiliorum in rebus bellicis exquisitor, circa nonam diei horam proelium sub trepidatione committit, ut, si secus cederet, nox imminens subveniret.

XXXVIII. **197** Convenere partes, ut diximus, in campos Catalaunicos. Erat autem positio loci declivi tumore in editum collis excrescens. Quem uterque cupiens exercitus obtinere, quia loci oportunitas non parvum beneficium confert, dextram partem Hunni cum suis, sinistram Romani et Vesegothae cum auxiliariis occuparunt, relictoque de cacumine eius iugo certamen ineunt. Dextrum itaque cornum cum Vesegothis Theoderidus tenebat, sinistrum Aetius cum Romanis, conlocantes in medio Sanguibanum, quem superius rettulimus praefuisse Alanis, providentes cautioni militari, ut eum, de cuius animo minus praesumebant, fidelium turba concluderent. Facile namque adsumit pugnandi necessitatem, cui fugiendi inponitur difficultas. **198** E diverso vero fuit Hunnorum acies ordinata, ut in medio Attila cum suis fortissimis locaretur, sibi potius rex hac ordinatione prospiciens, quatenus inter gentis suae rubor positus ab imminente periculo redderetur exceptus. Cornua vero eius multiplices populi et diversae nationes, quos dicioni suae subdiderat, ambiebant. **199** Inter quos Ostrogotharum praeminebat exercitus Valamire et Theodemire et Videmere germanis ductantibus,

XXXVII. **194** Ancak savaş düzenini anlatmaya geçmeden önce, savaşın şanının büyük olmasının yanı sıra karmaşık ve kafa karıştırıcı da olmasından dolayı sefer sürecinde neler olduğuna değinmek de gerekmektedir. Alanların kralı Sangibanus başına geleceklerden korktuğu için Attila'ya teslim olmaya ve o sıralarda Gallia'da kaldığı Aurelianum²⁰ şehrini onun idaresine bırakmaya söz vermişti. **195** Theodericus ve Aetius bunu öğrendiklerinde Attila gelmeden önce şehri muazzam tümseklerle tahkim ettiler ve şüphelendikleri Sangibanus'u gözetleyerek onu halkıyla birlikte kendi yardımcı birliklerinin arasına alıp ortalarında tuttular. Bu yüzden, Hunların kralı Attila böyle bir gelişmeden dolayı afallayıp ordusuna olan güvenini yitirince savaşa girmekten korktu. Aklından ölümden de kötü olan bir seçimi, yani kaçmayı geçirirken falcılarına gelecek hakkında danışmaya karar verdi. **196** Gelenekleri gereği önce sığırın iç organlarını, sonra da temizlenmiş kemiklerinin üzerindeki belli çizgileri inceleyen falcılar Hunlara çıkan sonucun olumsuz olduğunu bildirdiler. Ancak küçük bir teselli olarak düşman ordusunun generalinin de öleceğini ve böylece zaferlerinin bu ölümle gölgeleneceği haberini verdiler. Attila, [işgal] planlarına karşı koyan Aetius'un ölümünü kendisinin yıkımı pahasına arzuluyordu. Öyle bir önseziyle heyecana kapıldı ki, savaşla ilgili konularda karar mercii oldu; günün yaklaşık dokuzuncu saatinde²¹ endişe içinde savaşa başladı. Bu sayede başka türlü bir gelişme olursa bastıran karanlık yardımına koşmuş olacaktı.

XXXVIII. **197** Her iki taraf da söylediğimiz gibi Katalan Ovası'nda karşı karşıya geldi. Burada sivri bir tepe bulunmaktaydı. İki tarafın ordusu da bu tepeyi ele geçirmeyi istiyordu, çünkü elverişli konumu hiç de azımsanmayacak bir avantaja sahipti. Sağ tarafta Hunlar, sol tarafta ise Romalılar ve Vizigotlar ile onların yardımcı birlikleri mevzilenmişlerdi. Henüz kimsenin hakim olamadığı tepe için mücadele başlamıştı. Theodericus Vizigot askerleriyle birlikte sağ, Aetius ise Romalı askerleriyle sol kanadı tutarken, daha önce Alanların kralı olarak bahsettiğimiz Sangibanus'u ortalarına yerleştirmişlerdi²². İkisi de [Aetius ve Theodericus] Sangibanus'un sadakatinden şüphe ettikleri için onun etrafını sadık askerlerle çevreleyerek askeri bir önlem almışlardı. Çünkü kaçış yolu kapatılan bir kişinin savaşmaktan başka çaresi kalmazdı. **198** Diğer taraftaysa, Hunların savaş hatları Attila ve en cesur askerleri ortaya gelecek şekilde ayarlanmıştı. Attila savaş hatlarını böyle dizerek öncelikle kendi güvenliğini göz önünde bulunduruyordu, çünkü askerlerinin tam ortasında yer alarak tehlikeden uzak durmuş olacaktı. Hakimiyeti altına aldığı pek çok halk ve ulus, ordusunun kanatlarını meydana getiriyordu. **199** Bunların arasında Valamir, Theodemir ve Videmir kardeşlerin komutanlığındaki Ostrogotların²³ ordusu en başta gelmekteydi.

ipso etiam rege, cui tunc serviebant, nobilioribus, quia Amalorum generis eos potentia inlustrabat; eratque et Gepidarum agmini innumerabili rex ille famosissimus Ardaricus, qui ob nimiam suam fidelitatem erga Attila eius consiliis intererat. Nam perpendens Attila sagacitate sua, eum et Valamerem, Ostrogotharum regem, super ceteros regulos diligebat. **200** Erat namque Valamir secreti tenax, blandus alloquio, dolis gnarus; Ardaricus fide et consilio, ut diximus, clarus. Quibus non inmerito contra parentes Vesegothas debuit credere pugnaturis. Reliqua autem, si dici fas est, turba regum diversarumque nationum ductores ac si satellites notibus Attilae attendebant, et ubi oculo annisset, absque aliqua murmuratione cum timore et tremore unusquisque adstabat, aut certe, quod iussus fuerat, exequebatur. **201** Solus Attila rex omnium regum super omnes et pro omnibus sollicitus erat. Fit ergo de loci, quem diximus oportunitate certamen. Attila suos dirigit, qui cacumen montis invaderent, sed a Thorismundo et Aetio praevenitur, qui eluctati collis excelsa ut conscenderent, superiores effecti sunt, venientesque Hunnos montis beneficio facile turbaverunt.

XXXIX. **202** Tunc Attila cum videret exercitum causa praecedente turbatum, tali eum ex tempore credidit alloquio confirmandum. *'Post victorias tantarum gentium, post orbem, si consistatis, edomitum, ineptum iudicaveram tamquam ignaros rei verbis acuere. Quaerat hoc aut novus ductor aut inexpertus exercitus. 203 Nec mihi fas est aliquid vulgare dicere, nec vobis oportet audire. Quid autem aliud vos quam bellare consuetum? Aut quid viro forti suavius, quam vindicta manu querere? Magnum munus a natura animos ultione satiare. 204 Adgrediamur igitur hostem alacres: audaciores sunt semper, qui inferunt bellum. Adunatas dispicite dissonas gentes: indicium pavoris est societate defendi. En ante impetum nostrum terroribus iam feruntur, excelsa quaerunt, tumulos capiunt et sera paenitudine in campos monitiones efflagitant. Nota vobis sunt quam sint levia Romanorum arma: primo etiam non dico vulnere, sed ipso pulvere gravantur, dum in ordine coeunt et acies testudineque conectunt. 205 Vos conflagite perstantibus animis, ut soletis, despicientesque eorum aciem Alanos invadite, in Vesegothas incumbite. Inde nobis cita victoria quaerere, unde se continet bellum. Abscisa autem nervis mox membra relabuntur, nec potest stare corpus, cui ossa subtraxeris.*

Bu komutanlar o sırada hizmetinde buldukları kraldan bile daha çok tanınıyorlardı, çünkü Amali *gensinin* kudreti onları ünlendirmişti²⁴. Gepidlerin²⁵ sayısız ordusunun başında olan şu pek ünlü kral Ardaric de oradaydı; Attila'ya karşı gösterdiği büyük sadakatten dolayı onun planlarına dahil olmuştu. Nitekim Attila keskin zekasıyla bir değerlendirme yaptığında, Ardaric'i ve Ostrogotların kralı Valamir'i diğer önemsiz krallardan üstün tutuyordu. **200** Valamir sıkı ağızlı, tatlı dilli ve çok kurnazdı; Ardaric ise bahsettiğimiz gibi, sadakati ve kararlılığıyla tanınıyordu. Attila onların akrabaları olan Vizigotlara karşı savaşıacaklarından emindi. Geri kalan krallar güruhu -eğer onlara kral demek yerindeyse- ve farklı ulusların generalleri Attila'nın sözlerine bir kölenin sahibini dinlediği gibi kulak veriyorlardı. Attila tek bir kelime etmeden gözleriyle işaret ettiği zaman her biri korkuyla titreyerek ayağa kalkıyor ya da daha doğrusu emrini yerine getiriyorlardı. **201** Sadece Attila tüm kralların kralıydı ve sadece o hepsinden sorumluydu. Yukarıda bahsettiğimiz avantaja sahip tepe için mücadele başlamıştı. Attila tepeyi ele geçirmeleri için askerlerini yolladı ancak Thorismund ve Aetius daha önce gelmişlerdi. Onların adamları tepeye çıkan yolu tırmanmış, tepeyi ele geçirmiş ve dağın sağladığı avantajla yaklaşan Hunları kolaylıkla püsürtmüşlerdi. XXXIX. **202** Attila ordusunun bu gelişmeden dolayı paniğe kapıldığını görünce, onları cesaretlendirmek için o esnada şöyle bir konuşma²⁶ yaptı: *"O kadar çok halk üzerinde zafer kazandıktan sonra -ve eğer benimle hemfikirseniz- dünyayı fethettikten sonra, sanki durumun farkında değilmışsiniz gibi sizi lafla kışkırtmayı gereksiz buluyorum. Bırakın bunu yeni bir komutan ya da tecrübesiz bir ordu yapsın. 203* Böyle basit şeyler söylemek ne bana yakışır, ne de sizin bunları dinlemeniz gerekir. Cesur bir adama kendi elleriyle intikam almaktan daha tatlı ne gelebilir? Ruhu intikamla tatmin etmek doğadan gelen büyük bir hediyedir. **204** Bu yüzden düşmana şevkle saldıralım: Savaşı başlatan kimse, o her zaman daha cüretkar olmuştur. Şu müttefik olmuş ancak uyumsuzluk içindeki uluslara bakın! Korkularının kanıtı savunma amaçlı ittifaklarında yatmaktadır. Bakın! Daha biz saldırıya geçmeden korkudan titriyorlar. Yüksek yerler arıyorlar, tepeleri ele geçiriyor ve gecikmiş bir pişmanlıkla açık alanda yapılacak savaşa karşı tedbir alıyorlar. Bu sizin için Romalıların silahlarının ne kadar zayıf olduğunun bir işaretidir. Daha savaş düzenine girerken ve hatlarını kalkanlarla sağlamlaştırırken, ilk damla kandan değil de, savaş alanının tozunun altında ezilmekte-ler. **205** Alışkın olduğunuz üzere, sarsılmaz cesaretinizle çarpışın! Aşağılık Alanlara ve onların savaş hatlarına hücum edin! Vizigotlara saldırın! Savaş nerede hiddetliyse, orada seri bir zafer elde etmek için çabalayın. Çünkü sınırlar kesilince kol ve bacaklar tutmaz olur ve kemikleri olmayan bir vücut ayakta duramaz.

Consurgant animi, furor solitus intumescat. Nunc consilia, Hunni, nunc arma depromite: aut vulneratus quis aduersarii mortem reposcat aut inlaesus hostium clade satietur. 206 Victuros nulla tela conveniunt, morituros et in otio fata praecipitant. Postremo cur fortuna Hunnos tot gentium victores adseret, nisi ad certaminis huius gaudia praeparasset? Quis denique Meotidarum iter maiores nostros aperuit tot saeculis clausum secretum? Quis adhuc inermibus cedere faciebat armatos? Faciem Hunnorum non poterat ferre adunata collectio. Non fallor eventu: hic campus est, quem nobis tot prospera promiserunt. Primus in hoste tela coiciam. si quis potuerit Attila pugnante otio ferre, sepultus est'. His verbis accensi, in pugna cuncti praecipitantur.

XL. **207** Et quamvis haberent res ipse formidinem, praesentia tamen regis cunctatione merentibus auferebat. Manu manibus congregiuntur; bellum atrox multiplex immane pertinax, cui simile nulla usquam narrat antiquitas, ubi talia gesta referantur, ut nihil esset, quod in vita sua conspiceri potuisset egregius, qui huius miraculi privaretur aspectu. **208** Nam si senioribus credere fas est, rivulus memorati campi humili ripa praelabens, peremptorum vulneribus sanguine multo provectus est, non auctus imbribus, ut solebat, sed liquore concitatus insolito torrens factus est cruoris augmento. Et quos illic coegit in aridam sitim vulnus inflictum, fluenta mixta clade traxerunt: ita constricti sorte miserabili sorbebant putantes sanguinem quem fuderant sauciati. **209** Hic Theodoridus rex dum adhortans discurrit exercitum, equo depulsus pedibusque suorum conculcatus vitam maturae senectutis conclusit. Alii vero dicunt eum interfectum telo Andagis de parte Ostrogotharum, qui tunc Attilanis sequebantur regimen. Hoc fuit, quod Attilae praesagio aruspices prius dixerant, quamvis ille de Aetio suspicaret. **210** Tunc Vesegothae dividentes se ab Alanis invadunt Hunnorum caterva et pene Attilam trucidarent, nisi providus prius fugisset et se suosque ilico intra septa castrorum, quam plaustris vallatum habebat, reclusisset; quamvis fragili munimine, eo tamen quaesierunt subsidium vitae, quibus paulo ante nullus poterat muralis agger obsistere.

Cesaretinizi ve alışlagelmiş öfkenizi ortaya koyun! Hunlar! Şimdi kararlılığınızı ve silahlarınızı gösterin! Kim yaralanırsa, onun hakkı düşmanın ölüsünü görmek olsun! Yara almayansa düşmanın mahvoluşuyla tatmin olsun! 206 Hiçbir silah yaşayacak olana zarar vermeyecek, ölecek olanlarsa Fortuna'nın²⁷ huzurlu kollarına teslim olacak. Son olarak, eğer savaşın tadını çıkarmaya hazırlamak için değilse, Fortuna neden Hunları bu kadar halkın üzerinde muzaffer kılmıştır? Kim bir çok nesil boyunca gizli saklı kalmış Maeotis bataklıklarının²⁸ yolunu atalarımıza göstermiştir? Dahası kim silahlı adamların, siz silahsız adamlara boyun eğmesini sağlamıştır?²⁹ Böylesine bir koalisyon bile Hunların karşısında duramaz. Sonucun ne olacağından eminim: bize pek çok zafer sözü veren savaş alanı burasıdır. Düşmana ilk mızrağı atacak kişi benim. Eğer biri Attila savaşırken yerinde durabiliyorsa, o kişi ölmüştür". Onun sözleriyle galeyana gelen askerlerin hepsi savaşa atıldılar.

